



Bibliographische Daten

Titel: Post Funera Virtus Nobilissimi atque Praestrenui Dn. Johannis Jodoci Schmidmaiern ab & in Schwartzenbrugk /[et]c. Patr. Norimberg.
Ersteller: Johann Paul Felwinger
Signatur: 1 an Will. II. 1085. 4°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

ubertatem, Ciceroniam elegantiam requirere credantur.
Horum cum ne umbra quidem aut vestigium in me deprehendatur, consultius forsan foret penitus silere, quām de rē
tām gravi ac præclara pauca inconcinnē dicere: vel saltem hæ
dicendi partes alii cuiquam, qui me ingenio, doctrina & elo
quentia longè antecelleret, demandari debuissent, ne ex hac
parte Nobilissimus & Præstrenuus olim, jam beatissimus Dn.
Schmidtmajerus infelix habeatur, quòd virtutum suarum
præconem tām balbutientem nactus sit. Verū cùm cujusq;
virtutes non ex laudatore, sed ex suo splendore & re ipsa æsti
mari debeant, (verborum enim pigmentis & oratorum mere
tricio colore iis opus est, qui rem malam præ optima homini
bus obtrudere conantur, aut factum aliquod ultra justum ce
lebrare volunt: uti de Atheniensibus Sallustius testatur, quod
aliquando eorum res gestæ minores fuerint, quām fama fere
bantur, eò quod ibi magna scriptorum ingenia provenerint,
quæ per terrarum orbem Atheniensium facta pro maximis
celebrarent, atq; sic virtus eorum tanta haberetur, quantum
verbis eam potuerint extollere præclara ingenia) & tām pi
um, arduum licet, munus humeris meis impositum ab iis sit
(non enim id mihi ultrò depoposci) quorum autoritati & vo
luntati odiosè refragari mihi religio sit, malui illis morem ge
rere, quām imbecillitatem meam in dicendo morosè obtenu
dere; malui Optimo nostro *Schmidtmajero* humilima paren
tando oratione hoc ultimum officium, & hunc posthumum
verborum honorem, præclarissimis ejus virtutibus ac meritis
debitum, ut potero, præstare acharbere, quām ingratias annu
merari. Vos Auditores Optimi, vestro favore & benevolentia
me juvabitis, meæ balbutiei solita vestra gratia succurretis,
idq; non tām mei, quām qui infinitis modis omnium amorem
promeritus est, piè defuncti causa. Etenim

Justa paro, poscoq;: locum date sacra ferenti:

Non mihi, sed magno poscitur ille Viro.

Promitto